

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1602**

Imprimatur ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14077**

Domino Sacra menta; ad tres Ecclesiasticas censuras, & alias poenas, quibus delicta puniuntur, & ad remissiones sive condonationes peccatorum, quas Indulgentias vocamus: demum ad ea, quae de statu hominum, & de bonorum ac malorum finibus disputantur.

Cæterum tanquam prima totius operis elementa septem primis libris ea tracto, quae in Prima Secunda S. Thomas recto ordine disputauit: nimur de Actionibus humanis: de honestate & turpitudine humanarum actionum: de Affectibus, quibus ad bonum, aut malum saepius incitamur: de Habitibus, qui assidua exercitatione comparantur in nobis: de virtutibus universim, quae nos ad bonum impellunt: de peccatis itidem generatim, quibus leges & iura perfringimus: de Legibus humanis, de Diuina insuper & naturali lege, de quinque Ecclesiæ mandatis, quibus omnibus tanquam regulis actiones hominum diriguntur: in sex alijs Primæ partis libris, de ijs dissero, quae ad Fidem, Spem, Charitatem, religionemque pertinent, de iure iurando itidem, de voto, & de ijs, quae ad Monachorum, Religiosorumque omnium statum spectant: & ita Primæ parti finem impono.

## CLAVDIVS AQUAVIVA, SOCIETATIS IESV PRAEPOSITVS GENERALIS.

Cum tomum hunc primum institutionum Moralium, à P. Ioanne Azorio nostræ Societatis Theologo compositum, quatuor eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint; facultatem concessimus, ut typis mandetur, si ita Reuerendissimo D. Vicegerenti, & Reuerendiss. Patri Magistro Sacri Palatij placuerit. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus, Romæ viiiij. Septembribus 1600.

*Claudius Aquaviva Soc. IESV Praepositus Generalis.*

---

*Imprimatur si videbitur R. P. Magistro Sacri Palatij.  
B. Gypsius Provincialis.*

*Imprimatur.  
Fr. Angelus Baronius Venetus, Magister, & Reuerendiss. P. M. Sacri Palatij  
Socius Ord. Præd.*